

Dominum. et om̄m sanctoz. quos fidelis  
quis hodie in conspectu tui manifestans.  
admiratur. domine deus noster totu[m] in deitate tua.  
O m[isericordia] sanctoz tuoz quos meritis premitus  
Benedic[emus]. ut in omnibus pietatis tue mem-  
oriam auribus. Deinde christum dominum nostrum.  
ant igitur oblationem ferunt nos no[n] solum  
cuncte familiæ tue. Domini dñe ut plau-  
sus accipias. dies q[ua]z nostro in tua pace di-  
as. atq[ue] ab eternâ damnatione nos eripi-  
lectoz tuoz imberas gregem numeram p[ro]p-  
riū nūm. Quā oblationē tu censisti  
omnibus q[ui]s. benedictā assūptā raonabilē acceptabilē q[ui]s faci-  
eris. ut nobis. corpus et sanquinas   
dilectissimi filii tui domini nostri ihu christi

Ms 612

Sammelbd

Arbfr. Lbk.



72

Programma  
IN FESTO  
**PENTECO-**  
**S T E S,**

P. P.

In Academiâ Iuliâ

*HELMAESTADI,*  
Typis HENNINGI MVL  
Anno CC CIC x

PRORECTOR ACADEMIÆ  
IVLIAE  
**HERMANNVS CONRINGIUS**  
PHILOSOPH. ET MED. D. AC P. P.  
FACULTATIS MEDICÆ  
hodie Decanus.  
CIVIBVS ACADEMICIS  
S. P. D.

**A**niversarium hoc festum CL-  
VES, ad serias meditationes cultumq; ma-  
gis sedulum nos invitat ejus qui la vacro  
regenitos cœlesti sanctitate omnes vesti-  
vit. Tametsi enim numquam illi non hy-  
mnos & gloriam debeamus, nunc tamen cum primis &  
majore quicquid de vocatione sacerdoti id par est. Neq; vero  
non poterit non acceptum esse illi, si & nos in hoc se-  
ptemtrionis angulo cum oriente, occidente & meridie  
pias elevemus manus, atque ita hecatombas una cum o-  
mni sanctorum cœtu ore nostro immolemus. Fiet au-  
tem hoc ipsum ritè, si & sententiam nostram jungamus  
totius Ecclesiæ sententiæ, animosq; nostros cum eadem  
purgemus à sordibus peccatorum. Qualis enim fuerit in  
hymno streitus, si nos soli fortassis aut cum paucis gra-  
culis alium Spiritum aut aliud de illo cecinerimus quam  
universa Ecclesia canit? Profiteamur igitur & nos  
fidem

fidem nostram eis τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον, τὸ οὐρανοῦ, τὸ ζωοποιὸν, τὸ  
οὐρανού πάτερ, καὶ τὸν συντελεστὴν μηδέποτε γένος οὐρανού. Hoc e-  
nim Indus, hoc Arabs, hoc Æthiops, hoc Græcus, hoc  
Hispanus, Italus, Gallus, hoc omnis mundus nunc per-  
sonabit. Neḡ verò tanti nobis esse debet novatorum  
quorundam existimatio, ut cum illis vocē jungere, quasi  
scilicet Spiritus S. à Patre non sit distincta quædam  
essentia sed qualitas aliqua cui nec adorationis cultus  
debeat, quam consona toti mundo canere potius ma-  
limus. Nemini ignotum est sublimiora esse divina  
isthæc quam ut iis penetrandis acies mentis nostræ suf-  
ficiat: caligant enim oculi nostri ad istum solem & ob-  
tenebrantur. Itaq; nihil hic scimus nisi quod Deus ipse  
scire nos fecit per eos quibus maius cum illo commerci-  
um fuit. Audiamus ergo Prophetarum, audiamus A-  
postolorum doctrinam. Fuit enim & antiqui fœderis  
hominibus non minus quam novi, Spiritus frequens  
mentio, et si beneficium nobis ab illo maius contigerit.  
Invenimus autem & in Propheticis monumentis Spi-  
ritus vocem, & mitti illum à Deo. Apud sequioris æ-  
vi Iudeos itidem in confessō est, Spiritum quo vates  
sunt agitati creaturam sane aliquam non esse distingui-  
tamen à mittente Deo. Non à nobis hoc habent illi,  
quos oderunt & detestantur; sed coacti apertis codicū  
sacrorū testimoniis & patrū doctrina confirmati idipsū  
profitentur. Iam & Apostolorum volumina ita semper  
de Spiritu S. loqui, ut qui aliâ non sit ante imbutus opi-

nione, non possit eorum verba aliter accipere quam  
nunc accipit Ecclesia, sole clarus ipsa nos res docet.  
Audimus ibi vocem Spiritus: vocabulum sane omnibus  
scriptoribus omnibusq; populis substantiam deno-  
tans non qualitatem. Audimus mitti illum à Patre;  
in ipso lavacro Salvatoris seorsim loqui Patrem, seor-  
sim apparere Spiritum, non imagine qualitatis alicuius  
sed columbæ h.e. substantiæ. Audimus omnes gentes  
baptizandas esse in nomen Patris, Filii & Spiritus S.  
quis verò hominū unquam ita loquutus est de qualitate  
quādā, simul de ipsa substantia, cui inhæret illa affectio  
verba faciens. Audimus clamantem Ioannē: τΡΕΙΣ εἰσο  
οι μαρτυρεῖντες ἐν τῷ χριστῷ, ὁ Πατήρ, ὁ Λόγος καὶ τὸ Αἷγιον Πνεῦ-  
μα. Servator ipse ait: ἵπτε δὲ ἔλθη ΕΚΕΙΝΟΣ τὸ πνεῦμα  
τῆς αληθείας. Hæc profectò qui legit aut audit, quomo-  
do sibi persuadebit Spiritum S. esse qualitatem aliquā  
aut virtutem Patris? Nec verò quod fortassis semel  
alibi virtutis idem nomine appelletur, τὴν ταὐσίαν eius  
quidquam derogat. Simoni mago illi à Samaritanis  
acclamabatur: ὁ τός θεών ἡ διάβολος τὸ δέσποτης μεγάλη. Chri-  
stus ipse appellatur virtus & sapientia Dei. Deus in  
Psalmis passim audit, fortitudo & robur nostrum. Et  
quid opus est verbis? Substantiæ qualitatum vocabulis  
denotari nonnunquam solent ac circumscribi: at de  
qualitate aliqua quasi substantia sit, constanter loqui,  
solet nemo. Ut repugnat hoc reçtis loquendi legibus,

ita

ita hactenus exemplo caret. Aut decipere itaq; voluerunt Prophetæ pariter & Apostoli plebem imperitiorē (cui profecto in primis sua scripsérunt) aut id voluerunt quod vult Ecclesia catholica. Ut interpretatio alia habeat locum, obstat æterna & justa loquendi regula: quam nemo violat nisi improbus, nemo ab Apostolis credit violatam nisi impius. Agite vero demonstremus & alio modo, id ipsum sensisse Apostolos quod verbis præse tulerunt. Interrogemus Ecclesiam quid audierit illos docentes. Standum profecto est illius testimonio. Apud omnes enim perinde homines in confessō est, in facti quæstionibus humano testimonio fidendum esse, utpote quod unicum est in istiusmodi dubiis fidei argumentum. Ipsi quoq; hæretici nostri qui ita contra Spiritum Sanctum insaniunt, solo Ecclesiæ testimonio sese codices Apostolicos dignoscere non dubitant affirmare. Et rectè quidem. Hoc autem si verum est, verum fuerit & illud citra exceptionem: quicquid Ecclesia unanimi consensu docet ab Apostolis sibi traditum esse, id Apostolos olim docuisse. Nam si exceptionem patitur hæc regula nihil amplius suppetit certi quo vel probetur codices quos ut Apostolicos veneramur esse Apostolorum. Est autem nos inter & hæreticos illos etiam hæc lis mera facti controversia, quid scilicet de Spiritu Sancto docuerint Apostoli nec ne. Consulamus igitur antiquissima nō unius Romanæ non Africanæ Ecclesiæ monumenta, sed ex Asia quoq; judi-

ces acceſſeamus. At qui ex omnibus illis terrarum partibus consentiens pro nobis testimonium adfertur, adeò ut ne memoria quidem novi iſtius dogmatis quod nunc quidam malè feriati excogitarunt, ulla reperiatur. Quid quod ne hæreticus quidem ullus olim ita insanijſſe moretur? Nam ne Praxeas quidem, qui primus ex Asia (ut loquar cùm Tertulliano) simile genus perversitatis intulit Romanæ humo, vel Noëtus, vel Sabellius Spiritus voce qualitatem aliquam in Deo denotari crediderunt. Suam vero fidem, quam & nos cum omni hodieq; mundo profitemur, affirmant antiquissima Ecclesiæ monumenta ab ipsis sibi Apostolis eorumq; auditoribus esse traditam, nec aliud quid sonare reliquas Christi Ecclesiæ quocunq; etiam loco terrarum sint congregatæ. Cæterum aut fallunt nos ergo patrum monumenta & docuit tum alicer Ecclesia quam scripta hæc præſe ferunt; aut certe pro nobis testimonium veritas reddit. Ut omnia nos fallant, principio procul abest ab illa Ecclesiæ curâ quād gerit Spiritus S. Qui ille patiatur tām robusto argumēto, quo in facti controversiis (quales sunt pleræq; nostræ) nihil cogitari firmius potest, homines pios trahi in perversos errores, ipsum divinum cultum immutantes? Deindè ne fieri quidem hoc potuit si vel naturæ ordinem consulamus. Aut enim illi viri decepti ab aliis nos decipiunt, aut turpiter mentiti sunt. Vtrumq; adūwāv est. Sanè unus potuit aut alter vel decipi vel mentiri: ut omnibus id contingat  
viris

Viris prudentibus, piis, non uno loco viventibus sed to-  
to diuisis orbe, non uno tempore sed diversissimo, hoc  
verò ēv rāb aduātōrēst. Nota nobis est pietas illorum,  
ad quorum nunt scripta appellamus. veritatis studium  
plærig morte ostenderunt. nota est illorum eruditio.  
hanc libri loquuntur. eruditio deceptionem, pietas men-  
daciūm non patitur ne in singulis quidem. Omnia  
mortaliū consensio vox naturæ est, ajebat ille:  
omnium Patrum consensio quidni nobis sit vox totius  
Ecclesiæ Catholicæ? An verò ē fidem omnium Christi-  
anorum primiti vorum in quæstione facti ausit quis reji-  
cere? Atqui quando Ecclesia illa profitetur hoc vel illud  
se credere: tacite eadē innuit hoc vel illud sibi ab Aposto-  
lis esse traditum. Neg enim quidquā vult docere præter  
id quod traditum est. Quare non opus etiam illa tan-  
tum testimonia Ecclesiæ Veteris attendere quibus ad-  
jectum est illud: ita traditum est, ita accepimus.  
Sufficit, si constet, quid ubiq; quid semper, quid  
ab omnibus sit creditum. Omni huīusmodi testi-  
monio testimoniū aliud inest: à majoribus usq; ad A-  
postolos ita traditū esse. Quis porrò ille est qui nos  
docuit quod mille & quingentos annos certum est Ec-  
clesiam latuisse? Propheta ne aliquis aut Apostolus?  
Non sane. An quis ingenio supra omnes mortales acu-  
to? Ne hoc quidem. An qui omnes omnium seculo-  
rum martyres & sanctos potuit pietate provocare?  
Non profecto; sed Faustus Socinus, homo mediocris  
inge-

ingenij & doctrina, innumerorum novorum dogmarum in  
Ecclesiam invector, quique templum Spiritus S. non dubi-  
tavit turpis corso polluere. Hic ille est qui primus tot in se-  
culis Spiritus sancte naturae intellectus, qualitatem sc: Patris  
esse non unquam aliquam singularem. Vos vero, ob hanc, fu-  
gite nobiscum ab illa metaphys. Non potestis cum illis degere  
qui non adorant illum qui vos sanctificat, Deum. Neque  
vero probitatis species quam quidam eorum pra se dicuntur  
ferre vobis imponat. Si vere enim probi essent non tantis  
erroribus agitarentur. Qui me amat illum amabit pa-  
ter meus, & ego illum amabo & me illi manifestabo;  
item: Quando venerit Spiritus veritatis, ille vos du-  
cet in in omni veritate: promissi ipse mei Salvator. Spiritus  
veritatis de me testabitur, dixit idem. Quis crediderit  
ergo veram Deoque acceptam probitatem cum iam fædus er-  
roribus conjungi posse? Fructus probitatis sapientia  
est dicebat ille. Sapere quidem mulium quis potest &  
ramen tñv alñbierar cñ adinca detinere: at probus nemo esse simul  
& insipiens potest. Certe impium videtur creditu permis-  
surum Deum ut quis adorat in spiritu & non in veritate.  
Quin ergo fugiamus ab illis nova sapientia doctoribus, sicut  
prisca Ecclesia, pura adhuc & simplex, profanas istas novi-  
tates semper detestata est. Mancamus in gremio ejus que  
nos semel generavit Catholicæ societas; ab illius uberibus su-  
gamus lac doctrina, cumque illa glorificemus Patrem,  
Filium & Spiritum S. Deum benedictum in secula. No  
habitabit etiam in nobis Spiritus & sanctificabit nos in  
omni veritate. V. P. P. pridie Pense-  
costes cl. l. c. xl.



VO 27



... pio ducis et vencoris hoc  
monia. hcc  munera hcc  ca  
eritiam libata.  n primus que nbi  
muis pro ecclesia tua sancta catholica  
pacificare custodire. adiuvare. et regere  
ris tota orbe terrarum. una cum famulo tu  
mto. Bege. uro  et omni  
orthodoxis catholice et apostolice fidei  
reliigibz.  cumento duc famulorum famu  
liuariu.  et omnium circumstantium quos i  
fides operata est. et nota deuoto pio q  
nbi offerimus. et qui nbi offerunt hoc  
geniu laudis pro se suis et omnibus pio re  
tatione animariu suariu. pio spe salutis.  
ncolumentans sue nbi reddunt uota su  
eterno deo viuo et uero. 

# Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19

rama  
S T O  
E E E C O.  
S,  
iaâ Iuliâ  
T A D I,  
M V L L  
OC XI